

Johann Cothmann

**Prorector Academiae Rostochiensis Johannes Cothman S. S. Theologiae  
Licentiatus & Professor. ad processum funebrem quem Coniugi desideratissimae  
Ursulae Bolten Vir ... M. David Tunderus, Ecclesiastes templi Mariani  
vigilantissimus, & Viduus relictus moestissimus parat Omnes universitatis huius  
cives peramanter invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747417105>

Druck Freier  Zugang



47  
Cothman, J.,  
in U. Bolten,  
uxor. D. Tunder.  
R. 1631.
















116.

PRORECTOR  
Academiae Rostochiensis  
JOHANNES COTHMAN  
S. S. Theologiae Licentiatus &  
Professor.

*ad processum funebrem*

*quem*

*Conjugi desideratissimae*

URSVLÆ  
Bolten

*Vir Reverendus ac praestantissimus,*

M. DAVID TUNDERUS,  
*Ecclesiastes templi Mariani vigilantissimus, &*

*Viduus relictus maerissimus parat*

*se ad processum hujus civis  
peramanter invitat.*



*1550*


ROSTOCHI

Typus JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.  
ANNO. M DC. XXXI.

*47*

*25.*







PRORECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
JOHANNES COTHMAN, S.S.  
Theologiæ Licentiatuſ & Profefſor.



Hilosophuſ verâ Dei  
agnitione carens, ſolius ta-  
men rationis ductu de ſo-  
cietate œconomica inquit:  
ab ipſo Deo utriuſq; & ma-  
ris & ſcœminæ natura ad ſo-  
cietatem proviſa atq; inſti-  
tuta eſt. Unde facile colligere licet quânta ſocie-  
tatiſ huiuſ ſit præſtantia, nam ſi verum quod  
vulgò dicitur: Deus & natura nihil faciunt fru-  
ſtra, utiq; & hæc ad ſocietatē conjugaliſ & œco-  
nomicā propenſio Deum & naturam auctoreſ a-  
gnofcens, nequaquam contemnenda. Aliæ vi-  
tæ humanæ ſocietateſ ſuam jure merentur lau-  
dem & commendationem: at ſocietas conjuga-  
liſ, tantum ſupra caput extulit omneſ, quantū  
lenta ſolent inter viburna cupreſſi. Deus eſt qui  
hanc ſocietatem legibuſ munivit, & contra va-  
gas libidineſ ſepimento ſexti Decalogi præce-  
pri cuſtodivit. Deus eſt, qui caſtiſſimoſ homi-  
niſ ſtimuloſ ad *œconomiam* hanc appetendam, in primæva



rer' am omnium creatione indidit. Idem ille Deo  
p' propagationis generis humani modum societa-  
te hac expressit, cum aliàs humanum genus  
demta hac conjunctione, paucorum annorum  
periodo concideret inq; nihilum redigeretur.  
Merito igitur asseveramus <sup>αὐτοῦ</sup> conjugalem societa-  
tum humanarum omnium esse præstantissi-  
mam, adeo ut nulla alia aut excellentia dignior  
sive utilitate præstantior, vel jucunditate u-  
rior existat. Utilitatem jucunditatem junctam pij  
expendentes conjuges conjunctionem hanc  
esse perennem modis omnibus exoptant,  
illud comici identidem ingeminantes: valeant  
qui inter nos dissidium volunt. Votum hoc pio-  
rum conjugum licet sit commune, mors tamen  
atra, nulli parcere nescia, desiderium hoc illo-  
rum non attendit, sed omnia poti9 sub leges su-  
as vocat. Et quia conjugum piorum animos  
concordiæ vinculo constrictos & arctissimè  
conglutinosos adeo ut velle & nolle ambobus i-  
dem, dissijs solvere non valet, Alexandrum  
Magnum nodum Gordium non solventem sed  
gladio loramenta cædentem imitatus, falce sua  
acuta filum vitæ humanæ resecat & abrumpit.  
Truculentiam hanc expert9 est vir Reverend9  
ac præstantissimus Dn. *M. David Tunderus*  
Ecclesiæ apud nos Marianæ Ecclesiastes dignis-  
simus.



sim9 ac fidelissimus; dum enim haecenus cum dilectissima sua conjugē *Ursula Boltē* in tanta animorum conjunctione vixisset, ut de illo verè affirmari posset, quod legimus in Attici vita, Atticum scil. nunquam cum matre in gratiam rediisse nunquam cum sorore fuisse in simultate, similiter vir Reverendus Dn. M. *David Tunderus* nunquam cum conjugē p. m. in gratiam redijt, quia nulla unquam inter ipsum & conjugem intercessit querimonia, hoc pacto itaq; nod9 hic conjugalis solvi non potuit. Mors itaq; oraculo usus violentius, ut Justinus de Alexandro loquitur, gladium adhibuit, ac stamen vitæ dirupit. Quanto autem cum dolore ruptura illa sit facta, experti judicabunt. Versiculus notus est:

Non dolor est major quam cum violentia mortis  
Unanimi solvit corda ligata fide.

Rogandus itaq; Deus ut Spiritu consolationis viduo mestissimo adsit, ac vivo solatio curis maceratarum perfundat. Nata autem est piè defuncta nostra *Ursula Boltē* Anno 1584. Patrem habuit *Radelof Boltē* civem quondam urbis hujus primarium ac mercatorem industrium, qui juxta illud poetæ: impiger extremos currit mercator ad Indos, vocationis suæ habens rationem, sensit quanta cum difficultate

A. 3. pere-




peregrinationes ejusmodi instituantur. Nam  
in peregrinis & exteris procul hinc disitis lo-  
cis è vita discessit, rebusq; humanis valedixit.  
Mater defunctæ nostræ fuit *Anna Duncraths*  
Matrona honestissima & laudatissima. Fratrem  
habuit unicum patris defuncti vestigijs insi-  
stentem & mercaturæ ac honestæ negotiationi  
animum applicantem ante viginti tamen an-  
norum decursum vita functum. Sorores illi fue-  
runt sex: *Margareta, Catharina, Anna, Ilsebe,*  
*Elisabetha, Dorothea.* Quarum quatuor jam an-  
te de vitæ hujus statione discesserunt, duæ ve-  
rò earundem, per Dei gratiam adhuc supersti-  
tes, nempe *Catharina* Cænobij virginum ad S.  
crucem, ut vocatur, *Domina,* & *Ilsebe Viti von*  
*Hervorden* senatoris quondam prudentissimi  
ac viri cordatissimi relicta vidua. Anno 1614.  
piè defuncta nostra, matrimonij jura experta  
fuit & Reverendo ac præstantissimo viro Dn.  
M. *Davidi Tundero* nunc viduo mæstissimo,  
connubiali nexu copulata est, cum quo toto il-  
lo tempore ita vixit, ut illud Aristotelis: existi-  
mare debet mulier bene composita, mores viri  
esse legem suæ vitæ impositam sibi à Deo: sem-  
per ob oculos habuerit. Quoniam enim a paren-  
tibus suis piè honesteq; educata & virtutib9 fa-  
mine-



mineum sexum decentibus exornata fuit. Hinc  
in id unicè incubuit ut primo Dei, deinde ma-  
riti haberet rationem, quo factum ut summa  
semper inter defunctam nostram ac relictum  
viduum extiterit concordia qua res domesti-  
cæ crescunt, sicuti discordia res maximæ dila-  
buntur. Nec erga maritum solum se ut conju-  
gem decergessit, sed & insuper, pietati erga De-  
um, castitati, pudicitia & humilitati studuit,  
superbiam omnium scelerum matrem & nutri-  
cem summo odio detestata fuit, considerans il-  
lud Petrinum: Deus superbis *αυτιτεροσται* id est quasi in-  
structa acie contra procedit. Rei domesticae ge-  
rendæ, si quæpiam alia peritissima: unde illud  
Salomonis de uxore laudabili dictum: confidit  
ei animus mariti, de hac nostra piè defuncta o-  
ptimè affirmari potuit. pauperum & egenorum  
rationem sædulò habuit nec benigna solum er-  
ga suos opera illig indigentes, sed & maximè erga  
peregrinos exules captivos benefica extitit, ex-  
pendens illud Christi: quid vultis faciant vobis  
homines, idem & illis facite. panem ergo esuri-  
enti fregit, & egenos vagosq; in domum suam  
introduxit, nudum vestivit, & carnem suam, ut  
scriptura loquitur, non despexit. Cumq; Chri-  
stianam se esse agnosceret, crucianam quoq; esse  
fassa est, immissam itaq; divinitus crucem & ca-  
lami-




lamicatē æquissimo semper tulit animo, seseq;  
dictis Spir. S. in calamitatibus usurpandis con-  
solata est, unde cum continuâ febris corripere-  
tur, ac morbi violentiam persentisceret, de æ-  
terna salute imprimis sollicita fuit, accersito i-  
taq; viro Reverendo & Nobilissimo Dn. *Con-  
stantino Fidlero* Ecclesiæ Marianæ pastore di-  
gnissimo ac vigilantissimo, viatico S. Cœnæ si-  
bi prospexit, qua accepta, marito charissimo ac  
sororibus dilectissimis valedicens, ardentissi-  
mas ad Deū preces fudit, mundoq; huic immū-  
do valedixit. Quia v. vidu9 relict9 mœstissimus  
conjugi suæ desideratissimæ hodie justa facere  
decrevit, ea propter omnes omnium ordinū A-  
cad. cives, quo par est studio rogo & hortor, ut in  
honorē relictī vidui, funeris processum frequē-  
tia sua exornare haut graventur. Id officium  
ultimum, non solum exigit communis huma-  
nitas, sed & ministerij Ecclesiastici, cujus reli-  
ctus viduus præcipuum membrum est, suo qua-  
si jure flagitat, dignitas. Ad medium itaq; primæ,  
cives Academici in templo Mariano confluite,  
ac pro avertendis pænis peccatis nostris pro-  
meritis Deum rogate. P. P. Sub sigillo Acade-  
miæ 8. Novemb, Anno 1631.





















sim9 ac fidelissimus; dum enim dilectissima sua conjuge *Ursula* animorum conjunctione vixisset affirmari posset, quod legimus Atticum scil. nunquam cum matre rediisse nunquam cum sorore fuisse, similiter vir Reverendus *D. Tunderus* nunquam cum conjugem rediit, quia nulla unquam conjugem intercessit querimonia; nod9 hic conjugalis solvi non itaq; oraculo usus violentius, ut *Alexandro* loquitur, gladium adhi vitæ dirupit. Quanto autem cõptura illa sit facta, experti iudicatus notus est:

Non dolor est major quam cum Unanimi solvit corda ligata Rogandus itaq; Deus ut Spiritus viduo molestissimo adsit, ac vicuris maceratum perfundat. Natus defuncta nostra *Ursula Boltzen* matrem habuit *Radelof Boltzen* civitatis hujus primarium ac mercatorum, qui juxta illud poetæ: impetrit currit mercator ad Indos, vocatus bens rationem, sensit quanta cu

A-3

